UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Titvli Ill[ustrissi]morum Capitvlarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

Visual Library

TITVLI ILL.morum

CAPITVLARIVM.

1. FRans Egon antiquis Comes illuſtriſſimus annis
Furſtenberg, Princeps, electus Epiſcopus, altæ
Argentinenſis Cathedræ, Landgravius in Bahr,
Alſatiæq; Vbiæ reſpectu ſummus herilis
Præpoſitus domui, ſimul atque Decanus in altæ
Metropolitana, Archi-Cancellarius almi
Agrippinenſis ſtudij, hac quod floret in Vrbe
Electorali Præſes ſupremus in aula.
2. Subq; Decanus abeſt Ioannes Æde Iacobus
Qui Comes à Konigseck Rottenfelsq;, Dynaſta
Aulendorpiacus, Dominus Stauffenſis, utrimq; eſt.
3. Iamq; Chori Præſul captat ſacrata Philippus
Iura Salentinus, Manderſcheidanus & idem
Is Comes à Blanckenheim, Gerolſteinius Heros,
4. Hic VVilhelmus Egon Scholaſtica Sacra tuetur,
Qui Comes à Furſtenbergh VVerdenbergque coruſcat,
5. Nunc Leopoldus adit ſummam Fridericus ad aram
Vbiacæ Eccleſiæ, Dapiferq; ex jure Paterno
Romani Imperij, Comes ac Friedbergus & idem
In VValtpurg Dominus, majorq; Diaconus ille eſt.
6. VVilhelmus VVunibaldus in æde Diaconus alter,
Imperijque ſacri Dapifer, Friedburgicus idem
Ille Comes. Dominusq; ſimul VValpurgicus intrat.
7. Poſtq; Philippus adeſt Comes, Illuſtrisq; Dynaſta
Ex Hochenzollren, Siegmaringa, atque Veringa,
Archi Romani Imperij Camerarius idem,

9. Fran-

8. *Franciſcus Bernard Princeps Naſſovius ille, ab*
Hadmar, Cattineliboci, Diez, atque Viandæ
Illuſtris Comes, in Bilſtein Dominusq; gubernat.
9. *Ioannes Carolus Comes hinc ſuccedit avitus*
De Schvvartzenburgo , atque Hochenlandsbergius
Heros.
10. *Franciſcus Comes Erneſtus Dorſtvveilerus, atque*
Krichingenſis adit Pittingenſisque Cathedram.
11. *Metropoli Hermannus ſtat Marchio in Æde*
Badenſis.
Hochbergusque, Suſenbergus Landtgravius, amplus
Eberſteinenſis Comes, ac Sponheimius idem
12. *Hinc Comes à Manderſcheid, Blanckenheimque ſub*
Ara
Otto Ludovicus, Keyl, Falckenſteinque videtur.
13. *Fernandus Rudolphus idem jus obtinet hac in*
Æde Cathedrali, Furſtenbergenſis avito
Iure Comes , VVerdenbergenſis utrimque Dynaſta.
14. *Fernand Franciſcus Comes hic de ſtirpe VVedanus;*
In Ronckel Dominus, ſimul Iſenburgicus intrat.

Excellens Hiſce eſt Vbiopolitana Cathedra
Principibus, Ducibus, Primatibus atque Dynaſtis,
Et ſi fata vocant, gremio ſuccedit ab hocce,
Illuſtri, cui vota favent, digniſſimus Archi-
Præſul in excelſo ſolio, cui fauſta precamur.
Octonus ſequitur numerus, quo Presbiter omnis
Cappituli in gremio Canonum de more receptus.
His etenim poſt illuſtres ſublime ſedile
Scanditur, & pariter cum primis vota miniſtrant
Qualiter, & quando monumenta vetuſta docebunt,
Ni quis fortè volet talem ſuſtollere morem.

PRESBI-